4184 parva basis litteris antiquioribus rep. ad S. Victorini, est Aquilae apud Leosinium.

P · FISEVIVS
P · L · BVRSA
H · V · S · L · M

Dressel descripsit. Leosinius ed. apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 298.

4185 ad S. Victorini.

LARIB · D · D · ROMANO
MORE · DEDICATA

Brunnius descripsit. Leosinius apud Garruccium *Bull. Nap.* N. S. 2 p. 80; Henzen *Bull. dell' Inst.* 1855 p. XXVI et syll. n. 6118.

4186 [= 5939] in ecclesia S. Victorini in sepulcro ANT. GAND. LVP.

S · DISP · EX · ACTOR · LAR

Antinori apud Mur. ms. 18, 224, ed. 985, 2; Gandelli n. 151; Lupacchini cod. Neap. f. 46 et apud Marinium cod. Vat. 9130 f. 28.
EXACTOR Lup.

4187 [= 5763] ad S. Victorini. Deinde prope ecclesiam S. Annuntiatae in vinea Angeli Leosini DRESSEL. Iam huius dono Aquilae in praefectura.

//T OPSTVRIVS . . *f*
DEANAE · SYRI*ae*
V · S · L · M

in latere: mulier ad d. capite velato sacrificantis modo, dextra protensa ad aram quae videtur

Recognovimus Brunn, ego, Dressel. Leosinius misit Instituto archaeologico. Henzen 5710 *a* ex ed. 1.

4188 Aquilae in museo.

u? ENERE ·
· MERE

Lupacchini cod. Neap. f. 13; Mozzetti ms. apud Gervasium.
L . . NERE MERE Mozz.

4189 *lapide di forma conica con l'impronta di un serpe cristato diritto* CAVAROCCHI; *piramide di pietra alta met. 1.18; in uno de' tre lati lavorati è scolpita la tromba gallica; in un' altro lato vi è l'iscrizione* LEOSINI. Amiterni rep. a. 1879.

RIIGVP

Cavarocchius misit; Leosinius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 181.

4190 Amiterni rep. GARR. Deinde Neapoli antea in collegio Iesuitarum, nunc in museo.

M TVLLIVS CICERO C AN*tonius* u. c. 691
D IVNIVS SILANVS L LIC*inius murena* u. c. 692
M PVPIVS · PISO · FRVGI M VALE*rius messalla* u. c. 693

hic lapis integer est marginem habens non scriptum

Recognovi. Edidi in vol. I p. 465 acceptam a Garruccio. Fiorelli cat. mus. n. 442.

4191 Amiterni rep. ad S. Victorini, est Aquilae in domo praefecturae.

u. c. 710 *c. iulius caesar u* *m. antonius m. f*
suf
P CORNELIVS DOLABELL
*c. ca*ESAR · DICT *in p*ERPETVVM
*bellu*M · CIVIL MVTINESE
CVM · M *a*NTONIO
u. c. 711 *c.* VIBIVS PANSA *a* HIRTIVS A · F
C IVLIVS DIVI F CA*esar*
Q *Pedius* *m f*
S*u*F *c carrinas* *c f*
p uentidius *p f*
BELLVM · IN CAM*p*IS PH*ilippicis*
cum M · BRVT*o* E*t c.* C*assio*
u. c. 712 *m aemilius l*EPIDVS *ii l munatius plancus*
c antonius m · F *p sulpicius rufus cens*
BELLVM PERVSINV*m* *cum*
L · ANT*o*NIO

SVF *l cornelius* u. c. 722
m ualerius
BELLVM · ACTIES · CLASS
CVM M ANTONIO
IMP CAESAR DIVI F III M VALERIVS MESSAL CORVIN u. c. 723
SVF M TITIVS L F
CN POMPEIVS Q F
imp caesar diui f iiii M LICINIVS CRASSVS u. c. 724
suf C ANTISTIVS VETVS
BELL*um classia*R · CONFECT
*m t*VLLIVS CICERO
*l sae*NIVS L F
IM*p* CA*esar diui f u* *sex appuleius sex f* u. c. 725
////////////////////////////////
////////////////////////////////
IMP CAES*ar diui f* /// //////////////// u. c. 726?
L ///////////////////////////////

Descripsimus Dressel et ego. Leosinius apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1877 p. 210. 211; ego in Eph. epigraphica vol. IV p. 192. 193.

I, 2. Dictatura in perpetuum concessa consulatui Dolabellae postponitur contra temporis ordinem, cum II, 9 pugna Actiaca ordini consulari iusto loco interponatur.

I, 6. *Divi filius* hic Caesar filius dicitur sub a. 711, cum fasti Capitolini et eius aetatis tituli e contrario demonstrent etiam in triumviratu eum C. f. aliquamdiu dictum esse (*Staatsrecht* 2 p. 733).

I, 10. Scilicet hoc anno bellum Philippense coepit, pugna ad Philippos commissa est anno insequenti. Similiter bellum Mutinense ad a. 710 relatum est, Perusinum ad a. 713, Actiacum ad a. 722; e contrario in fastis Venusinis hoc refertur ad a. 723, quo confectum est.

II, 2. Actiense pro Actiaco alibi fortasse non reperitur.

II, 5. Consulem a. 723 M. Titium adhuc credidimus fuisse Marci filium propter titulum Mytilenaeum III n. 455, ubi sic appellatur. At cum eum titulum ab uno Cyriaco habeamus, codices eius plerique quidem habent M·F, sed quod pro eo ponunt duo iique antiquissimi Cenninianus et Vallicellianus L·F, id verum esse et illam lectionem interpolatam esse a Feliciano iam ex his fastis intellegitur.

II, 6. Cn. Pompeii consulis a. 723 quis pater fuerit, hinc intellegitur. Borghesius opp. 5 p. 134 errore eum Sexti filium credidit; immo filius fuit Q. Pompeii Rufi tribuni plebis a. 702, pronepos Sullae.

II, 11. L. Saenii pater et ipse videtur Lucius fuisse.

LXXXVIII. AEQVICVLI (p. 388).

ad p. 388. Titulum Osce scriptum, in quo Nersarum vocabulum lectum esse dicitur, hodie desiderari Coluccius respondit quaerenti Zvetajeffio (syll. inscr. Oscarum p. 1). Tu vide ne hic quoque ficticius sit; nam et fraudes in his partibus deprehensae sunt similes, et formae recedunt a solitis Oscis (Zvetajeff l. c.), et offendit in his partibus Osca litteratura, et dubitationem movet loci Vergiliani similitudo, et acta musei ea, in quibus referuntur tituli Latini qui simul dicuntur reperti esse, hoc certe docuerunt tum, cum hi apud fossorem publice sequestrarentur, Oscum titulum apud eum non fuisse, et id ipsum denique suspicione non caret, quod eius modi inscriptio iam non comparet.

ad. n. 4130. Donius versuum ordinem non servat nisi in 1. 2.

ad n. 4157. Donius refert in schedis Gorianis (cod. Maruc. A. 188) post n. 3385. 3404. Auctor nullus adscribitur. Pro *patriarchali* scr. *parochiali*.

LXXXIX. CLITERNIA (p. 394).

ad n. 4175. Capradossi ad portam primariam ecclesiae parochialis descripsit Riccomannius a. 1768 teste Amadutio in schedis Savignanensibus.

6351 [= 6829, 11] fistula plumbea. Origo incerta est, fortasse Cliternina (vide n. 4169). Romae apud Borgiam CATAL. CARD. Iam Neapoli in museo.

T · SEL · LV · SI · CERTI ❦

Descripsit Dressel. Catalogus mus. Borgiani (*docum. ined. per la storia de' musei d' Ital.* vol. 1) p. 305 n. 661; Cardinali *iscr. ined.* n. 120; Fiorelli cat. n. 117; Lanciani *acque* p. 271 n. 441.

Initio T Dresselius non agnovit.

REGIONIS QVARTAE PARS OCTAVA.

SABINI.

XC. AMITERNVM (p. 397).

ad p. 399 col. 1 v. 12 a fine dele verba *nisi .... miliarios*.

ad n. 4185. Nunc Aquilae in praefectura, ubi contulit Huelsen cum Cavarocchio. A latere dextro intuentibus est:

SACR

ad n. 4187. Contulit Huelsen; 1 ante T nihil deest.

ad n. 4191. *Bellum Actiense* redit in titulo Foroliviensi (*Bull. dell' Inst.* 1874 p. 119 = vol. XI n. 623) hoc: *C. Baebius T. f. Clu. tr. m[il. leg.] XX, praef. ora[e marit. Hi]span. citer[ioris b]ello Actiensi, IIvir i. d.* cet.

ad n. 4206. 4207. 4213. 4288. Hodie sunt Aquilae in praefectura teste Cavarocchio.

ad n. 4209. Contulit Huelsen, 3 fin. N esse testatus, non M. Prodiit *Notizie degli scavi* 1879 p. 315.

ad n. 4266 *a*. Contulit Huelsen. 4 lege DIONYS.

ad n. 4270. Cippus magnus, nunc Aquilae in praefectura, ubi contulit Huelsen, addens v. 4 antea omissum:

L V C C E I O
Q · F · Q V I R
cl|E M E N T I
ae|D · PRAEF · I · D
..*lu*|CCEIO · P · F
*s*ABINO
ANA · P · F
*s*VCCESSA
P

ad n. 4308 *a*. Aquilae in praefectura descripsit Huelsen sic:

M · V
V V L

6352 Aquilae in praefectura.

S · C · PC
II VIR STL
IO · C · F · QVI
AE · T · F
T I

Descripsit Huelsen.

XCI. AGER AMITERNINVS (p. 412).

ad n. 4397. 4416. 4436. 4438. 4439. 4459. 4460. 4465. 4467. 4471. (exemplum alterum). 4480 *a*. 4482 (exemplum alterum). 4486. 4487 (exemplum utrumque). 4514. Tituli hi iam adservantur Aquilae in praefectura, ubi exceptis n. 4397. 4416 eos nuper relegit lectionemque editam comprobavit Huelsen.

ad n. 4402. Aquilae in praefectura excepit Huelsen sic:

SEX · ALBIVS · AT /
REX

adnotans 1 inter A et T punctum neque esse neque umquam fuisse.